UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput Primum. De caede Constantis Augusti, & de his quae Romae facta sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

EJUSDEM
HERMIÆ SOZOMENI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER IV.

Caput Primum.

De cæde Conſtantis Auguſti, & de his quæ Romæ facta ſunt.

ET hæc quidem geſta ſunt ad hunc modum. Quarto autem anno poſt Serdicenſe Concilium, Conſtans in Gallia interficitur. Magnentius vero qui per inſidias eum ſuſtulerat, univerſum ejus imperium in ditionem ſuam redegit. Eodem tempore Vetranio quidam Sirmii ab Illyricianis militibus Imperator eſt declaratus. Nec exiguam partem iſtarum calamitatum pertulit urbs Roma, cum Nepotianus Conſtantini Imperatoris Sororis filius, adjunctâ ſibi gladiatorum manu, imperium invaſiſſet. Verum hic quidem à Magnentianis militibus interfectus eſt. Conſtantius vero, utpote ad quem ſolum ſumma imperii reciderat, Imperator appellatus, ut tyrannos è medio tolleret, modis omnibus contendebat. Inter hæc Athanaſius Alexandriam ingreſſus, Synodum Epiſcoporum Ægypti fieri, & ea quæ tum Serdicæ, tum in Palæſtina, de ipſo decreta fuerant, confirmari curavit.

Caput II.

Quomodo Conſtantius iterum ejecit Athanaſium, eosq; qui Conſubſtantiale aſſerebant relegavit. Item de morte Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi, & quomodo Macedonius rurſus eam Eccleſiam occupavit, & mala graviſſima perpetravit.

IMperator vero Conſtantius, Arianorum calumniis fidem adhibens, in eadem ſententia non ſtetit: ſed Epiſcopos

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΤΟΜΟΣ Δ΄.

Κεφ. α΄.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Κώνσταντος τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ συμβάντων.

ΚΑὶ τὰ μὲν ὧδε συνέβη. τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου κτείνεται Κώνστας περὶ τὰς πρὸς δύσιν Γαλάτας. Μαγνέντιος δὲ ὁ αὐτῷ τὸν φόνον ἐπιβουλεύσας, πᾶσαν τὴν ὑπὸ Κώνσταντος ἀρχομένην ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο. Βετρανίων δέ τις, ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν στρατιωτῶν ἐν τῷ Σιρμίῳ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη. πλεῖστον δὲ τούτων τῶν κακῶν μέρος ἡ πρεσβυτέρα Ῥώμη μετεῖχε, Νεποτιανοῦ, ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος, τοὺς μονομάχους περὶ ἑαυτὸν ποιησαμένου, καὶ βασιλείας ἀμφισβητοῦντος· ἀλλ' ὁ μὲν ὑπὸ τῶν Μαγνεντίου στρατιωτῶν ἀνῃρέθη. Κωνστάντιος δὲ, ὡς εἰς μόνον αὐτὸν τῆς πάσης ἀρχῆς περιελθούσης, αὐτοκράτωρ ἀναγορευθεὶς, τοὺς τυράννους καθελεῖν ἐσπούδαζεν. ἐν τούτῳ δὲ Ἀθανάσιος παραγενόμενος εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ σύνοδον γενέσθαι παρεσκεύασε τῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐπισκόπων, καὶ ἐπιψηφίσαι τοῖς ἐν Σαρδικῇ καὶ Παλαιστίνῃ περὶ αὐτοῦ δεδογμένοις.

Κεφ. β΄.

Ὡς πάλιν Κωνστάντιος ἀπελαύνει τὸν Ἀθανάσιον, καὶ ἐξορίζει τοὺς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύοντας· καὶ περὶ τοῦ θανάτου Παύλου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὡς κατέσχε πάλιν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ὁ Μακεδόνιος, κάκιστα ἐργαζόμενος.

ΟΔὲ βασιλεὺς ταῖς διαβολαῖς πιστεύσας τῶν ἀπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐκ ἔμεινε γνώμης· ἀλλ' ἀπελαύ